



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||

Johannes <Damascenus>

Parisiis, 1577

De ijs qui linguam suam custodiunt. cap. lxxviii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71880)

- A Cum te, ultra quam sat sit, pascis imprudens hostem pascis.
Delicatorum ciborum copia degrauatus, passionum turbini cluctari nullo modo queas.
A luxu abhorrete. Ad eas enim actiones trahit, ex quib⁹ depulso somno gerit⁹ oriuntur.
In ingluie venerea cupiditas insita est.
Necessa est ut saginata carnem extenues. Crassus enim venter tenuem mentem non
gignit. Ac præsertim is, qui orium colit, ingenti sobrietate opus habet.
Qui libidinis amore atq; ostentationis studio tenetur, à tartarea charib⁹ nō longe abest.
Nē sis nescius, lata hac corporis firmitate, atque ingentis felicitatis plēdore nihil effe-
misseris.
Summo studio in hoc incumbendum est, ut ventri dominemur. Deus enim est eorum, qui Euagr.
B ab ipso vincuntur. Nec fieri potest, ut qui se ipsi addicent, insens maneat.

DE IIS QVI LINGVAM SVAM
custodiunt. CAP. LXXVIII.

- C **N**ON loquentur labia mea iniuriam: nec anima mea medi- Proi.8.
tabitur iniustiam. Si parcas labiis, prudens eris. Qui cu- 20. 21.
stodit linguam suam, custodit animā suam. Altercationem
sedat taciturnus. Qui amat vitam suam, parcit ori suo. Per- 4.
uersum os amputa a te: & iniusta labia expelle a te. Argen- 10.
tum igni probatum est lingua iusti. Iusti sint omnes sermo- 8.
nes tui: nihil in illis sit prauū aut peruersum. A fructibus oris
anima viri implebitur bonis: retributio autem labiorum ipsius dabatur ei. Me- 16.
dicina linguae arbōr vita: qui autem conseruat eam, implebitur spiritu. Fannis
mellis sermones boni: dulcedo autem eorum, medicamentum animae. Qui cu- 25.
stodit os suum & linguam, seruat ex tribulatione animam suam. Lingua mol- 25.
lis confringit ossa. Mors & vita in manibus linguae: qui autem tenet eam, 18.
comedent fructus eius.
- Beatus vir, qui non est lapsus in ore suo. Guttur dulce multiplicat amicos. Ecli.14.
Quis dabit ori meo custodiam, & super labia mea signaculum certum, ut non 22.
cadam ab ipsis, & lingua mea perdat me? Qui odit loquacitatem, extinguuit ma- 19.
D litiam. Bona diffusa sunt in ore concluso.
- Dixi, custodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea. Pone Domi- Ps.38.40.
ne custodiam ori meo, & ostium circumstantiae labiis meis.
- Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum. Si quis Iac.1. 3.
in verbo non offendit, hic perfectus est vir, potens frenare totum corpus suum.

- E Temperande linguae studere, libidinosam petulantiam est coercere. mulier mis- clemens.
Nescitis quantum bonum diuinitus sit consecutus, cui filere liceat. Nas.77.
Loquere, si quid silentio præstantius habes. Silentium autem amplectere, ubi filere præ-
stat, quam loqui.
- Inepita loquacitas piis iucunda non est, nec verborum contentio. Satis enim superque est
vel unus aduersarius.
- Sapiens vir, vel tacens, Deum honorat. Sxtus.
Parce obsecro inconstanti tue lingue. Grauior enim lingue, quād pedum lapsus est. Nilus.

DE IIS QVI LINGVAM SVAM
non custodiunt. CAP. LXXIX.

- B omni verbo iniquo absiste.
A flagro lingue occultabit te.
- Sepulchrum patens est guttur eorum. Disperdet Dominus vni- Tob.5.
uersa labia dolosa, & linguam magniloquam. A cuerū linguas suas Psal.7.ii.
H iiiij